Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ni. Si te hortante deliqt.
te compaciente penas luit. Te
rentianus. Ego quidem mis
parui iussis imperatoris
iuliani. Xpiani. Ideo namque
ipse diuina ultione per
cussus est. Terentianus.
Scio eoque magis expa
ueo. quo ullum hostem
seruorum dei impunitum
euasisse meminero. Xpia
ni. Recte. Terentianus.
Quid si curram et peni
tens sceleris sacris pro
uoluar tumulis. Xpiani
Veniam merebris. si ta
men baptismate munda
beris. Terentianus. Glo
si testes xpi iohannes et
paulus imitamini exem
plum magistri eadem iu
bentis et orate pro persecu
torum delictis. Estote
compacientes orbati pa
tris augustiis. et misere
amini nati furientis
molestiis. quo ambo tinc
ti fonte baptismatis per
seueremus in fide sancte trinita
tis. Xpiani. Parce terenti
ane lacrimis et parce an
xietati cordis. En filius tuus
recipiscit. et per martirum suffra
gia sensum recepit. Teren
tianus. Gratias regi eternita
tis. qui suis militibus
tantum prestitit honoris.
ut non solum anime gau
dent in celis. sed etiam mor
tua in tumulis ossa. ful
gent uariis miraculorum
titulis in testimonium sue
sanctitatis. Prestante domino no
stro ihesu xpo qui uiuit et
r. in secula seculorum amen.

Post hec Con
stantinus aug
tus habuit
bellum cum scitarum
gente. qui pugnando
uictor extitit. Et uic
toria celebrata. cum esset
in partibus traciarum.
in ciuitate que byzantium
uocabatur. uidit uisionem
magnificam dormiens